¶ Poſtq̃ ph̃s oſtendit quattuor eſſe qualitates ꝑmas actiuas ⁊ paſſiuas. Jn ꝑte iſta ex numero illaꝝ qualitatum ꝓbat nũeꝝ el'oꝝ. ¶ Ad cuius euidentiã notandum ꝙ ad trãſmutationẽ ⁊ ad gñationem ⁊ corruptionem non ſolum requiritur ꝙ el'm ſit actiuũ ⁊ paſſiuũ. Nõdũ ſed ēt ad hoc facit locꝰ. ⁊ ēt ordo ad hmõi q̃litates. nã ſm ꝙ el'm ē in alio ⁊ alio loco. ſic al'r ⁊ al'r ſe h ad generationẽ ⁊ corruptionẽ. ſic etiam ꝓut el'm h aliũ ordinem ad qualitates actiuas ⁊ paſſiuas. al'r ⁊ al'r ſe habet ad agẽdũ ⁊ patiẽdũ. ⁊ al'r ⁊ al'r trãſmutat ⁊ tranſmutat̃. Tria ergo facit: q: ꝑ ex nũero q̃litatũ actiuarũ ⁊ paſſiuaꝝ ꝓbat nũeꝝ el'oꝝ. 2° determiat d̓ loco eoꝝ. tertio oſtendit quẽ ordine hñt el'a ad q̃litates actiuas ⁊ paſſiuas. ſcd̓a ibi. (Entibus aũt quattuor.) 3a ibi. (Et T.c.22. tñ ſimpl'r.) Circa ꝑm duo facit: q: primo facit qd̓ dcm̃ ē. T.c.23. ſecundo oſtendit opiniones antiquorum aliquo modo ꝯcordare opinioni ſue. ſcd̓a ibi. (Omnes.n. qui ſimplicia.) Prima pars diuidit̃ in duas: q: ꝑmo ꝓpõit qd̓ in- T.c.17

tendit.ſcðo mãifeſtat ꝓpoſitũ ibi.(Et aſſecutũ ẽ hoc.)
Dicit ergo ꝙ ſunt quattuoꝛ elẽa.i.q̃ttuoꝛ ſt̃ q̃litates acti
ue ⁊ paſſiue.elẽm.n.quaſi idem ſonat qð ꝑncipiuꝫ.⁊ qꝛ
hmõi qualitates ꝑme hñt aliq̊ mõ rõnẽ ꝑncipij.vt oſtẽ
ſuꝫ eſt.iõ elẽa appellari pñt.Jſtaꝝ aũt quattuoꝛ q̃litatũ
ſiue iſtoꝝ ꝑncipioꝝ ſunt ſex ꝯiugatões.i.cõbinatiões.
qꝛ ſex modis cõbinare poſſumus:ſed due cõbinatiões
ſunt iutiles:qꝛ ꝯ̃ria non ſunt inata coniungi:qꝛ ipoſſe ẽ
idẽ coꝛpus eſſe calidum ⁊ frigidum.vel eſſe hũiduꝫ ⁊
ſiccũ.Manifeſtũ eſt ergo ꝙ poſſibiles ꝯiugatiões elẽo
rũ.i.qualitatũ pꝛimaꝝ erunt q̃ttuoꝛ. poterunt enim cõ
binari ⁊ ꝯiũgi.calẽm ⁊ ſiccũ.calẽm ⁊ hũidũ.⁊ frigiduꝫ
⁊ hũidũ.⁊ frigidũ ⁊ ſiccũ:⁊ qꝛ ſm numeꝝ haꝝ cõbi
nationũ eſt numerus ꝑmoꝝ coꝛpoꝝ:iõ contingit eſſe
quattuoꝛ pꝛima coꝛpoꝛa. ¶ Notandũ aũt ꝙ phs vtit̃
Nõndũ equiuoce noĩe elẽi.nã aliq̃n elẽa appellat pꝛima coꝛpoꝛa
vt ignẽ ⁊ hmõi que ſunt elẽa reſpectu mixtoꝝ q̃ cõſtãt
ex eis.aliq̃n ãt appellat elẽa q̃litates actiuas ⁊ paſſiuas
q̃ ſunt elẽa ⁊ ꝑncipia ꝑmoꝝ coꝛpoꝝ. nõ ſimplr̃ ⁊ abſo
lute.ſꝫ vt ſunt actiua ⁊ paſſiua adinuicẽ vt ſuperiꝰ dice
bat̃:⁊ ſic accipit elẽa hic.q̃ꝝ cõbinatiões ſũt ſex.q̃ttuoꝛ
poſſibiles ⁊ due ipoſſibiles. ¶ Notandũ etiam ꝙ ele
Nõndũ mentũ qðlibet:ſiue qðlibet ꝑmũ coꝛpus req̃rit duas ꝑ
mas q̃litates.⁊ qꝛ due pꝛime qualitates in eodẽ coꝛpe
nõ pñt ꝯiungi niſi quattuoꝛ modis.iõ ſunt q̃ttuoꝛ ꝑma
coꝛpoꝛa. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Et aſſecutũ eſt hoc ſm rõem ſimplici-
bus appentibꝰ coꝛpibꝰ.igni ⁊ aeri: ⁊ ter
re ⁊ aque.ignis enim calidus ⁊ ſiccꝰ. aer
ãt calidus ⁊ humidus.velut euapoꝛatio
n.aer.aq̃ ãt fr̃a ⁊ hũida.terra ãt fr̃a ⁊ ſic
ca:vt g̊ rõabilr̃ diſtribuãt̃ dr̃ie ꝑmis coꝛ
poꝛibꝰ:⁊ mlẽtituꝰ eoꝝ fit ſꝫ rõeꝫ q̃ttuoꝛ.**

¶ hic manifeſtat qð dixerat.dicens.ꝙ he.ſ. cõbinatio-
nes pꝛimaꝝ q̃litatũ ſm rõnẽ.i.rõnabilr̃ aſſecutũ ẽ his
que apparent ſimplicia coꝛpoꝛa.ſ.igni ⁊ aeri:aq̃ ⁊ ter-
re.Nã in his q̃ttuoꝛ coꝛpoꝛibus reperiunt̃ pꝛedicte q̃t
tuoꝛ cõbinationes.ignis enim eſt calidus ⁊ ſiccus.aer
calidus ⁊ humidus.Nã aer eſt velut euapoꝛatio q̃dã
que eſt calida ⁊ hũida.aqua eſt frigida ⁊ hũida. terra
frigida ⁊ ſicca.Ut ergo rõabilr̃ diſtribuant̃ pꝛime dr̃ie
pꝛimis coꝛpoꝛibus ſm rõnẽ fit multitudo eoꝝ.vꝫ. pꝛi-
moꝝ coꝛpoꝝ ſupple ſm multitudinẽ ꝑmaꝝ q̃litatuꝫ.
ſunt.n.quattuoꝛ ꝑma coꝛpoꝛa que ſunt q̃ttuoꝛ ꝑme q̃li
Nõndũ tates:⁊ ſunt eaꝝ q̃ttuoꝛ cõbinatões poſſibiles. ¶ No
tandum aũt ꝙ euapoꝛatio duplr̃ poteſt conſiderari:vl̃
quãtum ad id quod eſt:⁊ ſic eſt humida: vel quãtũ ad
caloꝛẽ icoꝛpoꝛatũ qui facit eã aſcendere: ⁊ ſic eſt calẽa.
frigida.n.ſm ꝙ hmõi nõ aſcẽdit.⁊ iõ cõiter põitur qð
euapoꝛatio a mã hꝫ humiditatẽ:ſed ab efficiente.i.a ſo
le.⁊ a ſupceleſtibus coꝛpoꝛibus hꝫ caloꝛẽ icoꝛpoꝛatũ.
Jõ dcm̃ eſt ꝙ aer eſt calidus ⁊ hũidus: qꝛ eſt q̃ſi eua-
Nõndũ poꝛatio quedã. ¶ Notandũ ẽt phm hic quaſi ſuppõe
re ꝙ ad qðlꝫ elẽm req̃rit̃ cõbinatio duaꝝ qualitatuꝫ: ⁊
ex numero taliũ cõbinationũ arguit numeꝝ elẽoꝝ:qui
dictuꝫ q̊ daꝫ aũt volentes hmõi rõnẽ aſſignare dixerũt hoc eẽ:
rundam qꝛ oꝫ actiuũ hr̃e ſuũ ꝓpꝛiũ ſubm̃. ꝓpꝛiũ ãt ſubꝫ ſummi
calidi nõ põt eſſe humidũ:qꝛ calẽm in ſummo facit eua
poꝛare humidũ.ignis g̊ hꝫ duas q̃litates:qꝛ eſt calẽus
⁊ ſiccus:ſed calẽm cũ tẽperamento fundat̃ in humido.
ideo aer eſt calidus ⁊ humidus.ſic etiam frigidũ cum
temperamento fundat̃ in humido:vt frigiduꝫ aqueum
frigidum aũt cũ exceſſu expellit humidũ: vt friduꝫ ter
re.Jõ oꝫ elẽm hr̃e duas qualitates ꝑmas ſꝫ ꝙ vna ſeq

tur ad aliã ⁊ hꝫ oꝛdinẽ ad eã.Sed hoc duplr̃ nõ videt̃
bene dictũ.Pꝛimo qꝛ ꝑ acciñs videt̃ ire ad mentẽ phi. ꝯ dcm
phs.n.intendit de elẽis ⁊ de numero eoꝝ vt trãſmutãt ꝑ
ſe adinuicẽ ⁊ ſunt actiua ⁊ paſſiua. ideo ex ipſa actiõe
⁊ paſſione magis q̃ꝫ ex oꝛdine qualitatũ dꝫ ſumi ꝑdi-
cta rõ.Amplius ſuppõebat̃ in illa rõe ꝙ idẽ ſubm̃ ha- 2
beret frigidũ in ſũmo. ⁊ calidũ in ſũmo.vt calẽꝫ ignis:
⁊ frigidũ terre:que dicebãt eſſe talia in ſũmo ponebãt
fundari in ſicco.hoc aũt videt̃ ipſis apparẽtibus repu- 2.a.26
gnare:qꝛ ſubiecta ꝓpꝛia non pñt eſſe eadẽ ꝯ̃rioꝝ maxi
me ſi accipiant̃ in ſua excellẽtia. cũ actus actiuoꝝ ſint ꝑ
in patiente ⁊ diſpoſito.Poſſumꝰ g̊ vtroq; modo aſſig-
re rationẽ:q̃re ad vnũ elẽm cõcurrunt due qualitates.ꝑ
ma erat ex ipſa actione ⁊ paſſione. Nam quecũq; trãſ
mutantur adinuicẽ ſunt ſimul actiua ⁊ paſſiua.vt ꝓba
tum fuit ſupꝛa.caº.de mixtiõe.⁊ ẽt in caº.de tactu ⁊ de
actione.Si ergo hic arguit̃ de elẽis vt ſunt trãſmutata
oꝫ agere de eis vt actiua ⁊ paſſiua.cuilibꝫ g̊ elẽoꝝ dabi
mus duas q̃litates.vnã actiuã ⁊ aliã paſſiuã:qð cõcoꝛ
dat apparentibꝰ.Nã in igne q̃litas actiua eſt caloꝛ.paſ
ſiua ſiccũ.Jn aere paſſiua q̃litas eſt humidũ.actiua ca
lidũ:⁊ ſic de alijs.nullũ eſt enĩ elemẽtũ qð non habeat
vnam qualitatẽ actiuã.⁊ aliã paſſiuã.⁊ hoc mõ vr̃ ire
ad mentẽ phi.poſſumus tñ ſi volumꝰ ex oꝛdine ipſarũ 2
qualitatũ oſtendere quõ ad qðlꝫ elẽm ꝯcurrunt due q̃li
tates:tenebimꝰ tñ modũ aliũ a mõ ꝑdcõ. nõ.n.dicemꝰ
ꝙ terra ſit frigida in ſũmo:ſed ꝙ aqua.quo poſito ð le
ui pꝫ dicta cõbinatio.Nã ignis qui eſt calidus in ſum
mo de neceſſitate fundat̃ in ſicco:qꝛ ſũma caliditas fa
cit euapoꝛare hũidũ.aqua aũt que eſt frigida in ſũmo
q̃ſi ei oppoſita req̃rit oppoſitũ ſuſceptiuũ: iõ frigidum
aque fundat̃ in humido:aer aũt qui hꝫ calidũ cũ tẽpa-
mento fundatur in humido.frigidum aũt terre oppoᵐ
fundat̃ in ſicco ita ꝙ calẽm in ſũmo nõ cõpatit̃ ſecũ hu
midũ.ſed calẽm cũ tẽpamento.⁊ frigidum in ſũmo nõ
cõpatit̃ ſecũ ſiccũ:ſed frigidũ cũ tẽpamento:q̃re auteꝫ
terra nõ eſt frigida in ſũmo:cũ ſũme diſtet a celo infra
patebit. ¶ Deinde cum dicit. T.cõ

**¶ Omnes enim q̃dẽ qui ſimplicia coꝛpo 17.
ra elemẽta faciũt. hi q̃dẽ vnũ.hi ãt duo.
hi aũt tria hi autem quattuoꝛ faciunt.**

¶ Adducit opiniones antiquoꝝ ad ꝯfirmandũ verita
tem ꝑdictaꝫ.⁊ duo facit:qꝛ ꝑmo narrat antiq̊ꝝ opinio
nes.ſcðo exeq̃t̃ de eis ibi.(Quecũq; quidem.)Dicit er
go ꝙ nõ ẽ ponẽdũ plura elẽa q̃ꝫ q̃ttuoꝛ:quod pꝫ ex di-
ctis antiquoꝝ.Nã qui faciũt coꝛpoꝛa ſimplicia eẽ elẽa.
hi faciũt vnũ tale coꝛpꝰ.hi ãt duo.hi tria.hi q̃ttuoꝛ.nũe
rũ ãt q̃ternariũ nullus exceſſit. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Quicũq; q̃dẽ igt̃ vnũ dicũt ſolũ.Dei-
de denſitate ⁊ raritate alia generãt. his
cõtingit duo facere ꝑncipia.⁊ raꝝ ⁊ dẽ-
ſum.aut calidũ ⁊ fr̃m:hec enim actiua.
vnum autem ſupponitur quemadmo-
dum materia.**

¶ Quia fecerat mentionẽ de opinionibus antiq̊ꝝ exe-
quit̃ de eis: ⁊ duo facit.qꝛ ꝑ exequit̃ de facientibꝰ vnuꝫ
elẽm:ſcðo de faciẽtibꝰ plura.ibi.(Qui ãt mox duo.)Di- T.cõ
cit g̊.q̃cũq; dicunt vnũ ſolum eſſe elẽm. addunt illi elẽo 18.
mãli alia ꝑncipia foꝛmalia ⁊ actiua:iõ ait ꝙ deinde ex
illo ꝑncipio mãli per raritatẽ ⁊ dẽſitatẽ gñant̃ alia.cõ
tingit ãt his facere duo ꝑncipia foꝛmalia.vt raꝝ ⁊ dẽ-
ſum.calẽm ⁊ fridum.hec.n.ſunt pꝛincipia actiua ⁊ vnũ
ſupponit̃ eis tanq̃ꝫ mã. ¶ Deinde cum dicit

Qui aũt

T.cõ. 18. ¶ Qui ãt mox duo faciũt. vt pmenides ignẽ ⁊ terrã. mediã mixturã faciũt hoꝝ. puta aerem ⁊ aquam.

¶ Exequitur de ponẽtibus plura. ⁊ tria fac̃ ſ̃z ꝙ hi tripliciter diuerſificati fuerunt. ꝑ ergo exequit̃ de facientibus duo principia: ſcḋo de facientibus tria. 3°. de faciẽtibus quattuoꝛ. ſcḋa ibi. (Similiter aũt ⁊ quidẽ.) 3ª ibi. T.cõ. 19. (Quidã ⁊ mox.) Dicit ꝙ qui mox. i. ſtatim faciũt duo ꝑ̇ncipia vt pmenides ⁊ meliſſ. qui ponũt ignẽ ⁊ terraȝ faciunt mediã mixturã hoꝝ: puta aerẽ ⁊ aquaȝ q̃ ſunt media iter ignẽ ⁊ terrã. dicũt eẽ mixturã terre ⁊ igniſ. ¶ Deinde cum dicit.

T.cõ. 19. ¶ Silr̃ aũt ⁊ q tria dicunt: queẽadmodũ Plato in diuiſionibus. mediũ. n. mixturã facit. ⁊ fere eadẽ dicũt ⁊ q duo ⁊ qui tria dicunt. pꝛeterq̃ꝫ ꝙ hi qdẽ ĩcidunt in duo media. hi aũt vnũ ſolũ faciunt.

¶ Exequitur de ponentibus tria. dicẽs ꝙ ſilr̃ quidã dicunt eſſe tria ꝑ̇ncipia. queẽadmodũ Plato in diuiſionibus: ideſt in tractatu de diuiſione pꝛincipioꝛum poſuit tria ꝑ̇ncipia. ſ. magnum paruum: ⁊ ideam autem ponebat mediũ iter magnũ ⁊ paruũ: qꝛ ĩfluebat in mãȝ magis ⁊ minus diſpoſitam. hmõi ideã dicebat eſſe mixturam: qꝛ influebat foꝛmaȝ ⁊ mãm que ãmiſcebat̃ ei. vel poſſumus dicere ⁊ foꝛte meli⁹ ꝙ Plato poſuit duo ꝑ̇ncipia mãlia. ſ. magnũ ⁊ paruũ. poſuit tñ nihilomin⁹ tertiũ ꝑ̇ncipiũ mãle qḋ erat quaſi mediũ ⁊ mixtũ ex his: qꝛ ſicut ponebat magnũ ⁊ pũũ ⁊ vnũ diſpoſitũ. ita ponebat eã diſpoſitã medio modo. ⁊ id mediũ dixit quaſi mixturã magni ⁊ parui: qꝛ illo medio reſeruabat̃ magnum ⁊ pũũ ſicut in medio reſeruant̃ extrema. Addit ꝙ fere eadẽ dicunt qui dicunt duo el̃a ⁊ qui tria. vtriqꝫ enim hoꝝ ponũt extrema ⁊ mediũ ſed differẽter. qꝛ hi qui ponũt duo el̃a incidũt. i. ſecãt ⁊ diuidũt vt hꝫ alia lr̃a mediũ in duo: vt pꝫ de pōne pmenidis: qui ponẽdo ꝑ̇ncipia duo. ſ. ignẽ ⁊ terrã ponũt duo media inter ea. aerẽ ⁊ aquã. hi ãt. ſ. antiq qui ponũt tria ꝑ̇ncipia faciũt vnũ ſolũ me^m. vt pꝫ in ſol̃one Platõis. ¶ Deinde cum dic̃.

¶ Quidã ãt ⁊ mox q̃ttuoꝛ dicũt. vt Empedocles. ꝯgregat aũt ⁊ hec ĩ duo. igni enim oĩa alia contra ponit.

¶ Determĩat de poſitione Empedoclis qui ponebat q̃ttuoꝛ el̃a. ⁊ duo facit: qꝛ ꝑ̇mo ponit pōnẽ eius. ſcḋo oſtẽdit qũo ex dcĩs ꝑ̇ncipijs ſaluabat generationẽ reꝝ ibi. (Non eſt aũt.) Dicit ergo ꝙ quidã mox dicũt eẽ quat-
T.cõ. 20. tuoꝛ ꝑ̇ncipia. vt empedocles. ⁊ hec q̃ttuoꝛ ꝑ̇ncipia congregat in duo ꝯ̃ria. qꝛ igni oĩa alia cõtraponit. ¶ No-
Nõn^m tanduȝ aũt ꝙ qꝛ ignis erat valde actiuus ne vniuerſuȝ cito coꝛrũperet̃ poſuit oĩa alia el̃a hr̃e amiciciã adiuicẽ ⁊ opponi igni. poſuit g̃ q̃ttuoꝛ ꝑ̇ncipia: ſed iter ea erat ſolum vna contrarietas. ¶ Deide cũ dicit.

T.cõ. 20. Nõ ẽ ãt ignis ⁊ aer ⁊ vnũqḋqꝫ ꝑ̃dcõrũ ſimplex ſꝫ mixtũ. ſimpli^a ãt talia qdẽ ſũt. ñ tñ eadẽ. v̇. g. qḋ qdẽ igr̃ igni ſil̃e igneũ nõ ignis. ⁊ qḋ aeri aereũ. ſilr̃ ãt ⁊ ĩ alijs.

T.cõ. 21. ¶ Ignis ãt ẽ ſupabũdãtia caliditat̃ queẽadmodũ ⁊ glacies fr̃itatis. Coagulatio qdẽ ⁊ arſio ſupabũdãtie q̃dã ſt̃. hec qdẽ fr̃itatis. hec ãt cal̃itatis. ſi igr̃ eſt glacies coagl̃atio fr̃i ⁊ hũidi: ignis erit arſio cal̃i ⁊ ſicci. iḋ nil̃ ex glacie gñat̃ neqꝫ ex igne.

¶ Oſtendit qũo ſ̃m Empedo. ex talib⁹ el̃is fiebat gñõ. Ponebat eni ꝙ vnũqḋqꝫ el̃oꝝ iueniebat̃ eẽ dupl̃r. vꝫ. ſ̃m eſſe puꝝ ⁊ ſ̃m eſſe mixtum. Dicebat enim ꝙ ignis ⁊ aer ⁊ vnũqḋqꝫ el̃oꝝ non eſt ſimplex vl̃r. ſed põt eſſe mixtũ: ⁊ ponebat ꝙ ſimplicia el̃a ſunt talia. i. ſunt ſil̃ia mixtis el̃is. nõ tñ ſunt eadẽ eis. v̇. g. ſil̃e igni dicebat eẽ igneũ ⁊ nõ ignis. ⁊ ſil̃e aeri dicebat eſſe aerem. i. aereũ vt hꝫ alia lr̃a. ſilr̃ aũt ⁊ ĩ alijs: qꝛ ſil̃e aq̃ dicebat̃ aq̃uȝ. ⁊ terre terreũ. Ignis aũt purus ſ̃m ipſum eſt ſupabundantia cal̃itatis. ſicut glacies fr̃iditatis. naȝ ſic̃ glacies dr̃ coagulatio ſic ignis dicet̃ arſio. qꝛ talia ſunt q̃dã ſuperabundantia. Nam h̃. ſ. coagulatio eſt ſuperabundãtia frigiditatis. hec. ſ. arſio ſupabundãtia caliditatis. ꝓpter qḋ ſi glacies eſt coagl̃atio humidi ⁊ frigidi: ignis erit arſio calidi ⁊ ſicci. Cum ergo diſtingueret Empedocles ſic el̃a ponebat hoc modo fieri gñonẽ ex eis: qꝛ ex el̃is puris denominantibus ſupabũdãtiã nihil põebat generari. Dicebat eni ꝙ nihil gñat̃ neqꝫ ex glacie: neqꝫ ex igne: ſed ſupple fit generatio ex mixtis el̃is.

¶ Notandũ aũt opiniones antiquoꝝ ꝯcoꝛdare cũ opinionibus Ari. q̃ꝫtũ ad tria. Pꝛimo qꝛ oẽs poſuerũt plura ꝑ̇ncipia: ſed aliq poſuerũt illa plura eſſe mãlia: aliq vero poſuerũt vnũ mãle ⁊ addiderũt illi mãli plura ꝑ̇ncipia actiua ⁊ foꝛmalia. vt ſi ponebãt illḋ mãle ꝑ̇n^m aerem per caliditatẽ ⁊ frigiditatẽ. vel per raritatẽ ⁊ denſitatẽ gñabãt alia. vt aer calefactus ⁊ rarefactus inter ea fiebat ignis. ⁊ denſatus ⁊ ĩfrigidat⁹ fiebat aq̃. Scḋo ꝯueniebãt cũ ph̃o: qꝛ ponentes plura ꝑ̇n^a poſuerũt aliquã ꝯ̃rietatẽ inter ea. Tertio ꝯueniunt cum eo: qꝛ loq̃ndo de ſimplicibus coꝛpoꝛibus nõ exceſſerunt nũerum quaternarium. ¶ Deinde cũ dic̃. Nõndũ ꝑ̇ 2 3

¶ Entibus ãt q̃ttuoꝛ ſimplicib⁹ coꝛpoꝛi- T.c.22.
b⁹ duoꝝ vtriqꝫ ꝑ̇moꝝ eẽ vnũqḋqꝫ ignis qdẽ ⁊ aer ei⁹ q ad terminũ fert̃: aq̃ aũt ⁊ terra eius q ad mediũ ⁊ extrema qdem ſincera ignis: ⁊ terra: media ãt mixta magiſ aq̃ ⁊ aer: ⁊ vtraqꝫ vtriſqꝫ ꝯtraria. igni qdẽ. n. ẽ ꝯtrariũ aq̃: aeri ãt terra. hec eni ex ꝯtrarijs paſſionibus ꝯſtituta ſunt.

¶ Determinat de loco el̃oꝝ. dicens ꝙ entib⁹ q̃ttuoꝛ coꝛpoꝛibus ſimplicibus. vnũqḋqꝫ duoꝝ ꝑ̇moꝝ coꝛpoꝛum eſt locus vtriqꝫ. i. alijs duobus coꝛpoꝛibus. Nã ignis ẽ locus aeris: ⁊ aqua ẽ loc⁹ terre. iḋ ignis ⁊ aer hñt vnaȝ dr̃iam loci vt eius loci qui ad terram ſurſum fert̃. terra qdẽ ⁊ aq̃ ferunt̃ ad mediũ deoꝛſum: lꝫ ergo ſint quattuoꝛ coꝛpoꝛa. cõpetunt tñ eis due dr̃ie locoꝝ ſurſum ⁊ deoꝛſum: ⁊ ſ̃m has dr̃ias ſaluam⁹ in eis gñonẽ ⁊ coꝛruptionẽ: qꝛ quãtũ gñans dat el̃o de foꝛma. tñ dat ei ḋ loco. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ lꝫ q̃ttuoꝛ el̃is ḋmus duas differentias ſurſum ⁊ deoꝛſum. non damus eaſ eis vnifoꝛmiter: ſꝫ extrema. vt ignis ⁊ terra hñt has dr̃ias ſinceras. i. puras. media ãt vt aqua ⁊ aer hñt ea mag̃ mixta: ⁊ ſubdit ꝙ h̃ media. ſ. aq̃ ⁊ aer ſunt in ꝯtraria. i. hñt diſpōnẽ ꝯ̃riã ad extrema. vꝫ. ad ignẽ ⁊ terrã. Naȝ igni ꝯ̃rium eſt aqua: aeri autem terra. ſunt eniȝ hec ꝯſtituta ex ꝯ̃rijs paſſionib⁹: vt pꝫ intuenti. ¶ Notandum ãt ꝙ duobus el̃is damus vnũ locũ: vt igni ⁊ aeri ſurſuȝ. terre aũt ⁊ aque deoꝛſum. Aer enim dr̃ eſſe ſurſuȝ. nõ ꝙ ſit ſurſum ſimpl̃r: ſed qꝛ reſpectiue ẽ magis ſurſũ. ẽ. n. deoꝛſum reſpectu vnius: vt rõne ignis: ſed eſt ſurſuȝ r^u Nõndũ 8. ph. 32. 4. c. 25. Nõndũ

duoꝝ: ⁊ eſt ſurſum rᵒ vnius. ¶ Deinde cum dicit

T.c.23. ¶ **Sed tñ ſimplr̄ q̄ttuoꝛ entia. vni⁹ vnūquodqꝫ eſt. terra qdē. n. ſicci magis q̄ꝫ fridi aq̄ aūt frigidi magis q̄ꝫ humidi. aer aūt humidi magis q̄ꝫ calidi. ignis aūt calidi magis q̄ꝫ ſicci.**

¶ Determinat de oꝛdine hoꝝ el'oꝝ ad ſuas q̄litates. dicens ꝙ cuꝫ el'a ſint ſimplr̄ q̄ttuoꝛ entia hn̄tia binas ⁊ binas q̄litates. vnūquodqꝫ tñ el'oꝝ eſt magis vni⁹ q̄litatꝭ q̄ꝫ alteri⁹: vt terra eſt magis ſicci q̄ꝫ frigidi: aq̄ magꝭ fri
Nōndū gidi q̄ꝫ humidi. aer magis hūidi q̄ꝫ calidi. ignis magis calidi q̄ꝫ ſicci. ¶ Nōndū aūt ꝙ el'm ꝓut hꝫ magꝭ ⁊ minus oꝛdinē ad aliā ⁊ aliā q̄litatē: eſt magis ⁊ min⁹ actiuū ⁊ paſſiuū: vt ignis eſt maxime actiuus: qꝛ hꝫ magꝭ oꝛdinē ad qualitatē magis actiuā: vt ad calidū: aq̄ aūt eſt ſubactiua: qꝛ hꝫ magis oꝛdinē ad qualitatē ſubactiuam: vt ad frigidū: aer aūt eſt maxime paſſiuus: qꝛ habet oꝛdinē ad qualitatē maxime paſſiuā. vt ad hūiduꝫ. terra v̊o eſt ſub paſſiua: vt ad ſiccum.

Dubiuz **Dubitaret** forte aliquis vtꝝ ſic ſe hēbāt el'a ad ſuas q̄litates vt phs ait. Nam ſi de igne nō eſt dubiū ipſum eſſe ſūme cal'm. ⁊ de aere ꝙ ſit primo hūidū. de terra tñ ⁊ aq̄ dubiū eſt. videt̄. n. ꝙ aqua nō d̄beat poni ṗmo frigida: ſed terra: cū magꝭ diſtet a celo q̄ꝫ aqua. Jō dixerunt aliqui ꝙ cum dicim⁹ ignē eſſe ṗmo calidū: ⁊ aquā eē ṗmo frigidam li. ṗmo nō denotat oꝛdinē el'oꝝ: ſꝫ qualitatū. Non. n. eſt ſenſus ꝙ aqua ſit primo frigida: qꝛ eſt frigidioꝛ ceteris el'iſ: ſꝫ ſenſus eſt aquā eſſe ṗmo frigidā: qꝛ cū ſit frigida ⁊ humida per prius ei cōpetit frigiditas q̄ꝫ hūiditas. voluūt eniꝫ iſti eſſentialr̄ terrā frigidioꝛē eſſe aqua: qđ ꝓbāt ꝑ
ↄ op. 2.g.23. celeſtē diſtātiā. Sed iſtud nō videt̄ poſſe ſtare. ſꝫm eniꝫ ſniam phi ille q̄ttuoꝛ q̄litates vident̄ ↄſtituere nūeruꝫ q̄ttuoꝛ ṗmoꝝ coꝛpoꝝ. qđ nō eſſet niſi cuilꝫ el'oꝝ cōpe
T.c.4. teret aliqua iſtaꝝ qualitatū ṗmo: ſed ꝙ eſt ṗmo tale ē maxime tale. vt initit̄ ſc̄do meta. Jgnis enim eſt maxime calidus: qꝛ eſt primo calidus: aqua ergo erit maxi
2m me frigida: qꝛ eſt primo frigida. erit ergo omnibus frigidioꝛ. Ampli⁹ qđ plus ſtringit ē qꝛ hec pō videt̄ tollere mixtionē. qꝛ. n. ignis eſt ṗmo calidus. qđcūqꝫ mixtū eſt calidū eſt tale ꝑ nām ignis. niſi. n. mixta ꝑticiparent nām ignis calida eſſe nō poſſent: ⁊ ſic̄ ꝑticipant mixta nām ignis qꝛ cal'a: ſic ꝑticipāt nām aeris: qꝛ humida: ⁊ iſto mō oīa calida reſeruant̄ i mixto: qꝛ mixta ꝑticipāt aliquo mō v̊tutes ⁊ qualitates omniuꝫ el'oꝝ. niſi ergo aliqua qualitas cōpeteret el'o ṗmo ⁊ per ſe. ita ꝙ oīb⁹ alījs el'is cōpeteret per ipſam: nō poſſꝫ ſaluari quō el'a oīa ↄcurrūt ad cōpōnē cuiuſlꝫ mixti. Cū ḡ aq̄ nō poſſit cōpetere hūiditas ṗ: cū cōpetat aeri: cōpeteret ei ṗmo frigiditas. erit ḡ aq̄ frigida primo nō ſoluꝫ ex oꝛdine q̄litatū. vt ꝙ ſit ṗmo frigida q̄ꝫ humida: ſed ēt ex oꝛdine ſubiectoꝝ: qꝛ aqua eſt frigidioꝛ oībus alījs. ¶ Ampli⁹
3m ſi aſſignaremus ſolū ṗmo ex oꝛdine qualitatū iremus extra mentē phi. poſſet. n. vna ⁊ eadē q̄litas ineſſe primo pluribus el'is: vt ſi aer eſſet primo humidus. nō reſpectu alioꝝ el'oꝝ: ſed ſolū diceret̄ ṗmo tale reſpcū caloꝛis: qꝛ magis eſſet humidus q̄ꝫ calidus. non eēt incōueniens aliud el'm eē ṗmo hūidū reſpectu alteri⁹ qualitatis: nō igitur eēt numerus el'oꝝ ſꝫ numeꝝ quattuoꝛ qualitatū ſi poſſent eſſe plura el'a q̄ꝫ qualitates: cū vna qualitas pluribus el'is poſſet ṗmo cōpetere. Si igitur via phi neceſſitatē habere dꝫ: oꝫ ꝙ ṗmo dicat exceſſuꝫ reſpectu oīuꝫ alioꝝ el'oꝝ. vt aer eſt hūidus primo. i. eſt humidioꝛ ceteris elemētis: iō nullū aliđ el'm poterit eē humidū primo. imo ſemper vna q̄litas erit vnius el'i ṗ
ↄgrue. ergo ſꝫ numerū ṗmaꝝ qualitatū erit numerus Nōnm
ṗmoꝝ coꝛpoꝝ. ¶ Notandū ꝙ qđlibet el'm hꝫ vnā q̄litatē ṗmo. nō ſolū ex oꝛdine qualitatū: vt ꝙ ei magis cōueniat vna qualitas q̄ꝫ alia: ſed ēt oꝛdine ſubiectoꝝ: qꝛ el'ꝫ illud cui ↄuenit aliqua qualitas primo ↄuenit ei magis ⁊ ꝑfectius q̄ꝫ alījs el'is. imo mixta ⁊ el'ata ex hꝫ ꝑticipāt ṗmas q̄litates. qꝛ participāt nām illoꝝ el'oꝝ: qbus ṗmo cōpetūt q̄litates ille. Utꝝ āt vnū el'm ꝑticipet aliđ. vt vtrū aer dicat̄ calidus: qꝛ ꝑticipat nāꝫ ignis infra dicet̄. ad pn̄s aūt ſufficit ſcire ꝙ ignis ē ṗ calidꝰ reſpectu aeris ⁊ reſpectu alioꝝ el'oꝝ: qꝛ eſt magis calidus oībus el'is: ⁊ qđ dcm̄ eſt de igne reſpectu caliditatis intelligendū eſt de oībus el'is reſpectu q̄litatū que cōpetunt eis ṗmo: ſed ſi ſic dicim⁹ ꝙ credim⁹ bn̄ dictū: qꝛ ſic ponēdo ponim⁹ aquā frigidioꝛē terra. reſtat nob̄ dare modū ⁊ viā quō hꝫ ſit poſſibile: cū terra remotioꝛ
ſit a celo q̄ꝫ aqua. ¶ Jō notādū ꝙ poſſum⁹ diſtiguere Nōnm
duplicē caloꝛē. el'arē. ſ. ⁊ celeſtē. hos aūt duos caloꝛes
differre ⁊ nō eſſe eiuſdē rōnis ꝓbat Cōmentatoꝛ in. 12. Com.
meta. ⁊ adducit ad hoc auctoꝛitatē phi in li. de aīalib⁹ 18.
dicens. ꝙ iſte caloꝛ celeſtis receptus in ſeminibus figurat mēbꝛa ⁊ foꝛmat. caloꝛ āt el'aris deſiccat ⁊ attenuat. ṗterea vt ait. caloꝛ celeſtis generat aīalia. el'arꝭ v̊o coꝛrūpit ⁊ deſtruit: ⁊ iō ſc̄dit ꝙ hō gn̄atur ab hoīe ⁊ a ſole: qꝛ caloꝛ ille in cui⁹ v̊tute mēbꝛa foꝛmant̄ ⁊ figurātur v̊tute ſolis efficit̄. Sicut ergo due q̄litates vt caloꝛ ⁊ ſapoꝛ ſunt in eodē pomo: qꝛ he due qualitates nō ſt̄ eiuſdē rōnis: ſic in eodē igne pn̄t eſſe duo caloꝛes. igneus. ſ. ⁊ celeſtis cū hmōi caloꝛes eiuſdē rōis nō ſint. Jgnis n. cū hꝫ caloꝛē ↄn̄tē ſpēm ⁊ nām ꝓpꝛiā. hꝫ. n. caloꝛē qui acqrit̄ ex motu celi: ⁊ ſicut diſtinguim⁹ duplicē caloꝛē: ſic diſtinguere poſſum⁹ duplicē frigiditatē. el'arē ⁊ celeſtē: vt dicam⁹ aliq̄ hr̄e celeſtē frigiditatē: qꝛ modice ꝑticipāt de celeſti caloꝛe: ⁊ inquantū priuant̄ a tali calido īducunt rōnē oppoſitā ⁊ ꝑiter quodāmō ſ̄ frigida. Dicamus ergo aquā eē frigidioꝛē terra quātū ad frigiditatē el'arem ⁊ ſequentē ſpēm in nām ꝓpꝛiā. ſiue q̄ꝫtum ad frigiditatē de qua loquimur. terra tñ ē frigidioꝛ aq̄. qꝛ magis ṗuatur caloꝛe celeſti. non eſt ḡ ſil'e de caloꝛe ignis rōne aeris: ⁊ de frigiditate terre reſpectu aq̄. Eſt n. ignis calidioꝛ aere duplici caloꝛe: el'ari ⁊ celeſti. el'ari qdē: qꝛ talis caloꝛ ṗ cōpetit igni. celeſti v̊o: qꝛ ignis ē
celo ꝓpigoꝛ: aq̄ v̊o fridioꝛ ē terra fridi^te el'ari. terra v̊o Nōnm
frigidioꝛ eſt aqua: qꝛ plus ṗuat̄ caloꝛe celeſti. ¶ Notādum ēt ꝙ cognita vna q̄litate ṗmo ↄueniēte alicui el'o qualitates alias ṗ ↄueniētes el'is alījs ſtatim ↄtigit cognoſcere: vt ſi ſcim⁹ que qualitas cōpetit ṗmo aeri. Cū enim aer ſit calidus ⁊ hūidus. caliditas nō ↄtigit ei ṗ. qꝛ poſita ē hic ↄuenire ṗ igni. ↄuēiet ḡ ei ṗ hūiditas. q̄ ſcito ſcimus que qualitas cōueniat ṗ aque. Nā nō humiditas cū hec cōueniat ṗmo aeri. frigiditas ḡ ṗmo ei ↄueniet. ſic ēt cū terra ſit frigida ⁊ ſicca. ſcire poſſum⁹ ꝙ friditas nō ↄueniet ṗ terre: qꝛ ↄuenit aq̄. erit ḡ terra ṗ ſicca. cognita ḡ ṗma q̄litate vnius el'i alioꝝ qualitates ṗmas ↄuenit cognoſcere: qđ declarare volebam⁹. copt

4 **Quoniā aūt determinatū eſt pri⁹** T.cō.
**ꝙ eſt ſimplicibus coꝛꝑibus ex in** 24.
**uicē gn̄o. ſimul āt ſꝫm ſenſuꝫ vidētur generata. nō. n. eſſet alteratio: ſecundum tactus enim paſſiones alteratio ē: dicēdū qs modus adiuicē trāſmutationis. vtꝝ omne ex omni generari poſſibi**

le. aut

le:aut hoc qdē poſſibile. hoc āt impoſe.

¶ Quia el'a ſe trāſmutāt adinuicē:q2 hn̄t alias τ alias q̄litates:τ q2 alr̄ τ alr̄ ordinanť ad qualitates illas τ q2 hn̄t alias τ alias oñias locoꝝ.Jō poſtq̄ȝ determinatū eſt de qualitatib'eloꝝ:τ oſtenſum eſt q̄uō differenter el'a ordinātur in ſuis locis.τ dcm̄ eſt quē ordinē habent el'a ad ſuas q̄litates:q2 per talia eſt trāſmutatio i el'is.ideo hic determinať de trāſmutatiōe eloꝝ. τ oſtēditur q̄uō el'a gn̄anť τ corrūpūť adiuicē.Circa qō phs duo facit:q2 p̄mo ptinuat ſe ad dicenda.ſcd̄o exeqť de itēto ibi.(Q.m̄ qdē igr.)Dicit ergo. determinatū eſt pri us.ſ.in li.celi τ mundi.q̄ gn̄o eſt ſimplicibus corpib' ex inuicē.ſil'r ēt τ ſm ſenſuȝ videntur hec el'a gn̄ata ex inuicē.nō.n.eēt alteratio eloꝝ niſi poſſet eſſe coꝝ gn̄atio.alteratio.n.eſt ſm paſſiones tactus.paſſio aūt tāgibilis magis facta abǵcit a ſuba.notū ergo eſt gn̄ationē eſſe poſſibilē.poſtq̄ȝ ad ſenſum el'a videm'alterari ſcd̄ȝ tangibiles q̄litates.ſuppoſita ergo eoꝝ trāſmutatione dicam quis eſt modus tranſmutationis eloꝝ adiuicē. vtꝝ oē ſit poſe gn̄ari ex oī.aut hoc eſt poſſibile. hoc āt impoſſibile.ita q̄ non quodlibet elꝫ generatur ex quolibet.¶ Deide cū dicit.

¶ Quoniam quidem igitur oia inata ſūt adinuicem tranſmutari manifeſtuȝ eſt.

¶ Exequitur de intento τ duo facit. Nam p̄mo oſtēdit el'a eē generabilia adiuicē.ſcd̄o reprehēdit Empedocleȝ qui hoc negauit ibi.(Admirabiť aūt aliqs dicēs.)
T.cō. 29. Jn prima parte intendit talem rōnē.Jgnis terra aqua τ aer gn̄anť τ corrūpunť adinuicē:ſed hec ſunt prima corpora τ el'a.ergo eloꝝ eſt adinuicem gn̄o.Jn hac āt rōne ſic pcedit:q2 p̄mo oſtendit ignē aquā aereȝ τ terrā adinuicē gn̄ari:ſcd̄o pbat talia corpora eſſe p̄ma: τ el'a.ita q̄ vnū non eſt elm̄ reſpectu alteri':ſed oia d̄bēt dici p̄ma el'a.ſcd̄a ibi.(Sȝ tn̄ adhuc.)Circa p̄muȝ duo
T.cō. 31. facit:q2 p̄mo pbat qōlȝ tale corpus gn̄ari ex qōlȝ. ſcd̄o dat modū gn̄onis eoꝝ ibi.(Differt aūt τ in citi'.)Circa p̄mū tria facit:q2 p̄mo premittit qō intendit. ſcd̄o pbat ppōm.tertio pcludit itentū.ſcd̄a ibi.(Gn̄atio ideȝ.)
T.cō. 25. 3ª ibi.(Quapropter vlr.)Dicit ergo manifeſtum eſſe q̄ oia alia talia corpora innata ſunt adinuicē trāſmutari.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Gn̄o qdē.n.i ptraria τ ex ptrarijs.el'a āt oia hn̄t ptrarietatē adiuicē q2 oñie ſt: ſȝ his qdē.n.ambe ptrarie.v.g.igni τ aq̄. hoc.n. calm̄ τ ſiccū. hoc āt frm̄ τ hūidū. his aūt altera ſolū.v.g. aeri τ aq̄.hoc.n. calm̄ τ humidū.hoc aūt frm̄ τ hūidum.

¶ Probat qō dixerat.dicens.q̄ generatio eſt in p̄ria τ ex p̄rijs.el'a aūt oia.i.oia talia corpa hn̄t cōtrarietateȝ adinuicem:q2 oñie eoꝝ.i.p̄me qualitates p̄rie ſunt. ſed his.i.aliquibus talib'corpib'ſunt ambe oñie p̄rie. igni igitur τ aque.q2 hoc.ſ.corp'ignis eſt ſiccū τ calidū. hȝ aūt.ſ.aqua eſt qd frigidū τ hūidū.ſed his.i.aliqb'talibus corporibus eſt p̄ria alia q̄litas ſolū.v.g. aeri τ aq̄. hoc.n.i.aer eſt quid calidū τ hūidum.hoc autem.i. aq̄ eſt frigida τ humida.eſt igitur in talibus maior τ minor p̄rietas.Jn omnib' tn̄ eſt p̄rietas.τ q2 oia ſibi adinuicē p̄rianť oia ſunt adinuicē gn̄abilia.¶ Deiñ cū dic.

¶ Quapp vlr qdē māifeſtū qm̄ oē ex oī gn̄ari inatū eſt.iā āt ſȝ vnūq̄dq̄ȝ n̄ eē difficile videre.q̄uō oia ex omnibus erunt.

¶ Concludit intentū.dicens.manifeſtū eē q̄ oē eſt inatum generari ex omni:q2 ſm predicta iam non eſt difficile videre ſm vnūq̄dq̄ȝ tale corpus:q̄uō oia erūt ex omnibus:q2 ex quo in vnoquoq̄ȝ ē p̄rietas:ſm vnūq̄dq̄ȝ erit generatio.¶ Deinde cum dicit.

¶ Differt āt in citi':τ tardi':τ facilius:τ difficili':q̄cūq̄ȝ.n.hn̄t ſymbolm̄ adiuicē velox hoꝝ trāſmutatio:q̄cūq̄ȝ āt n̄ hn̄t tarda.Quia facili' vnū q̄ȝ mlta trāſmutare. T.c.25.

¶ Dat modū generatiōis eoꝝ:τ duo facit:q2 p̄mo oſtēdit q̄uō vnū tale corp'generať ex vno.ſcd̄o q̄uō vnū ex duobus ibi.(Si aūt vniuſcuiuſq̄ȝ.)Circa p̄mū duo fac̄ T.c.27. q2 p̄mo premittit qō intendit.ſcd̄o manifeſtat ppōm ibi. (Uerbi gr̄a ex igne qdē.)Dicit ḡ q̄ differt gn̄o duorū corporum in citius τ tardius:τ in facilius τ difficili': q2 quecūq̄ȝ hn̄t ſymbolū τ ꝯuenientiā adinuicē horuȝ velox erit trāſmutatio.quecūq̄ȝ aūt non hn̄t:tarda erit eorum tranſmutatio:τ eſt rō q2 facilius eſt tranſmutare vnū q̄ȝ multa.¶ Deinde cum dic.

¶ Uerbi gratia.ex igne qdē.n.erit aer altero tranſmutato.hoc.n. erit calidū τ ſiccum.hoc aūt calidum τ humidum.

¶ Manifeſtat ppoſitū τ duo facit:q2 p̄mo oñdit q̄m̄ gn̄o eſt facilis τ velox.ſcd̄o oſtēdit quoꝝ ē difficilis τ tarda ibi.(Ex igne aūt aqua.)Circa p̄mū duo fac:q2 p̄ declarat.ſcd̄o ꝯcludit intētū.ſcd̄a ibi. (Quapp manim̄ q̄ in circuitu.)Dic̄ ḡ q̄ ex igne erit aer altero trāſmutato.i.fcā trāſmutatiōe in altera q̄litate.iō erit coꝝ tranſmutatio velox q2 hn̄t ſymbolū.ē.n.hȝ.ſ.ignis qd calm̄: τ ſiccū.hoc aūt.i.aer qd calm̄ τ hūidū. quapp ſi oñabiť ſiccū ab humido aer erit.i.ignis fiet aer. rurſus aūt ex aere aq̄ fiet:q2 oñabiť calidū a fro:nā aer eſt calidus τ hūidus.aq̄ frigida τ hūida.Jn hūido ḡ nō differūt aer τ aq̄:q2 trāſmutato calido τ facto frigido:aer aqua erit.Eodē āt mō ex aq̄ terra.τ ex terra ignis fieri poterit. hn̄t.n.ambo ad ambo ſymbola.i.cōuenientiam.aq̄ eniȝ ꝯuenit cū terra cū ſit hūida τ frida.terra aūt frigida τ ſicca.q̄re oñante hūido terra erit.i.fiet ſupple aq̄. τ rurſus.qm̄ ignis ꝯuenit cū terra:q2 ignis eſt calidus τ ſiccus.terra frida τ ſicca.ſi corrumpať fridum terre ignis erit ex terra.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapp ſi oñabiť ſiccū ab humido aer erit.rurſus āt ex aere aq̄ erit ſi oñabiť calidū a frido.hoc qdē enī fuerat calȝ τ humidū.hoc aūt frm̄ τ hūidū. quapp trāſmutato calido aq̄ erit. eodē mō τ ex aq̄ terra:τ ex terra ignis.hn̄t.n. ābo ad ambo ſymbola:aq̄ qdē hūida τ frida. terra autē frida τ ſicca. quapp oñante hūido erit:τ rurſus ignis.qm̄ calidus τ ſiccus: terra āt frida τ ſicca. ſi corrūpať fridum ignis erit ex terra. quapp māifeſtū q̄ in circuitu erit gn̄o in ſimplicibus corpib': τ facilis hic modus tranſmutationis:q2 ſymbolum exiſtit his que deinceps.

¶ Concludit qō intendit.dicens q̄ ſimplicibus corporibus erit generatio τ in circuitu:τ erit facilis hic modus tranſmutationis:quia exiſtit ſymbolum.i.cōuenientia.his que deinceps.i.el'is que ſe habent cōuenienter.

¶ Notandum autem q̄ hic accipitur conſequēter non Nōndū

abſolute:ſed ẜm circuitũ:aq̃.n. eſt ꝯñs terre. ⁊ aer aq̃. ⁊ ignis aeri: ⁊ ſic ē ꝯuerſio circularis: q2 nõ poſſumus vltra ignẽ aſcendere opȝ ꝙ ex igne reuertaꝛ circularit' ad terrã.ita ꝙ ignis ẜm circulũ erit deiceps ⁊ ꝯueniẽs terre.Jn oibus aũt his eſt ſymbolũ.terra.n. hȝ ſymbolũ cũ aq̃.aq̃ cũ aere.aer cũ igne.ignis cũ terra. iõ inter talia eſt facilis tranſitus.❡Deinde cum dicit.

T.c.26. ❡Ex igne ãt aquã:⁊ ex aere terrã:⁊ rurſus ex aq̃ ⁊ terra aerẽ ⁊ ignẽ ꝯtigit qdẽ gñari:difficili⁹ ãt qm̃ pluriũ ē trãſmutatio.nec̃e.n.ſi erit ex aq̃ ignis coꝛrũpi frȝ ⁊ hũidũ:⁊ rurſus ſi ex terra aer coꝛrũpi ⁊ frm ⁊ ſiccũ.ſilr aũt ſi ex igne ⁊ aere aq̃ ⁊ terra.nec̃e.n.ambo trãſmutare.hec qdem igitur generatio tardioꝛ eſt.

❡Oñdit in qbus eſt trãſitus.dicẽs.ꝙ ſi ex igne fiat aq̃ ex aere terra. ⁊ rurſum ecõuerſo.ſi ex aqua ꝯuenit qdẽ generari ignẽ. ⁊ ex terra aerem.hoc erit difficicili⁹.qm̃ eſt tranſmutatio pluriũ qualitatũ.neceſſe.n.eſt ſi ex aq̃ erit ignis coꝛrũpi in aqua vtraſq3 q̃litates.i.fridũ ⁊ humidum. ⁊ rurſus ſi ex terra fiet aer.oȝ coꝛrũpi in terra duas q̃litates.vȝ.fridũ ⁊ ſiccũ.ſilr ẽt ſi fiat econuerſo. vt ꝙ ex igne fiat aqua. ⁊ ex aere terra. neceſſe eſt tranſmutare ambo.i.ambas q̃litates:q2 in talibus nõ ē ſymbolum.igitur eoꝝ erit tardioꝛ generatio.

Dubiuȝ pm Dubitaret forte aliqs vtruȝ q̃litas ſymbola maneat.vr̃.n.ad vtrãq3 ptẽ rõnes ꝯcurrere.q2 ſi nõ manet q̃litas ſymbola.vt ſi nõ manet calidũ aeris ſi ex aere fit ignis.coꝛrũpunꝛ due qualitates aeris.ſi ignis generet ex aere. cũ ergo coꝛrũpãtur due q̃litates aque cũ ignis gñaꝛ ex aq̃ nõ cõuerteꝛ difficilius vel tardius aq̃ in ignẽ q̃ȝ aer.ꝙ ſi hoc eſt ſꝫ vr̃

2m ꝙ ſymbola qualitas maneat.❡Amplius hoc expreſſe vr̃ dicere phus in hoc ſcdo. ⁊ ẽt in ca°. de alteratiõe.

T.c.25. ⁊.26. ❡Sed ſi hoc cõcedimus ꝯſurgit gravioꝛ dubitatio. nũq̃ȝ enim remanet accñs coꝛrupto ſubiecto.Cũ ergo coꝛrumpatur aer ſi ex eo fiat ignis nulla qualitas eius remanebit.Ampli⁹ ſi remanet aliq̃ qualitas aeris cuȝ ex

3m aere fit ignis:tunc remanet ſubm ſenſatũ ⁊ totũ nõ cõuerteꝛ in totũ.q̃re non eſſet ibi generatio.ſed alteratio.

❡Ad hoc aũt dici põt ꝙ in gñatione ⁊ coꝛruptiõe ma

Rñſio manet mã vbi manet foꝛa.ſi.n.ex aere fit ignis: nõ manet foꝛma aeris:manet tñ mã:q2 illa eadẽ mã q̃ erat ſb foꝛma aeris:efficitur poſtea ſub foꝛa ignis. Jõ q2 dimẽſiones indetermiate magis ſe videnꝛ tenere ex pte materie.alia aũt vel videnꝛ ſequi foꝛmã: vel foꝛte ſequunꝛ mãm:vt ē ſubiecta foꝛme.ergo qualitates:q2 vel ſequũtur foꝛmã:vel ſequuntur mãm vt eſt ſubiecta foꝛme:nõ videnꝛ remanere eadẽ nũero.Eſt ẽt ſpãlis rõ: q̃re qualitates actiue ⁊ paſſiue eloꝝ nõ pñt remanere eadem nũero:cũ ex vno elo generaꝛ aliud. vt ȯclarari hȝ i ca°. de mixtione.oppoſita aũt his non eſt difficile ſoluere.

Ad pm. ❡Nã cũ dr̃ ꝙ ſi coꝛrũpereꝛ oẽs q̃litates aeris cũ ignis gñaꝛ ex eis nõ gñareꝛ facilius ignis ex aere q̃ȝ ex aq̃. dici dȝ ꝙ difficultas gñationis accipiꝛ ex eo ꝙ aliquid coꝛrũpitur per ſe ⁊ a ꝯ̃rio.Uidem⁹.n.ꝙ foꝛma nõ hñs ꝯtrariũ ꝙ a deo generaꝛ facilr ꝙ eoꝝ gño eſt i iſtãti. lux.n.in inſtanti mltiplicaꝛ in aere:q2 in eo ꝯ̃rietatẽ nõ hȝ.facili⁹ igr̃ ex aere fit ignis q̃ȝ ex aq̃:q2 cũ ex aqua fit ignis vtraq3 q̃litas aq̃ cõrũpiꝛ ꝑ ſe a ꝯ̃rio:ſȝ cũ ex aere fit ignis hũiditas coꝛrũpiꝛ ibi ꝑ ſe: ⁊ a ꝯ̃rio.calaꝭ vero coꝛrũpiꝛ ibi per accñs vel ex icoꝛruptiõe ſubiecti. Qȯ vero addebaꝛ ȯ pho ꝙ vr̃ velle qualitatem ſymbolam remanere.dici dȝ vt cõiter poniꝛ ꝙ remanet eãdeȝ ſpẽ. nõ aũt opȝ ꝙ remaneat eadẽ numero.

Dubitaret forte aliquis ſi remanet eadẽ q̃litas:vtꝝ eẽt ibi gñatio ſimplr.ad Dubm qȯ dici debet ꝙ gño vt ſuperi⁹ dicebaꝛ eſt ex nõ ente in ens.Duplr ꝙ̃ poteſt accipi gño ſimplr.vel q2 eſt in ens ſimplr:vel q2 eſt ex nõ ente ſimplr: ꝙ ſi q̃raꝛ qȯ iſtoꝝ eſt potius.dȝ dici ꝙ magis ē generatio ſimplr ex eo ꝙ eſt in ens ſimplr.q̃ȝ ex eo ꝙ eſt ex nõ ente ſimplr:motus enim ⁊ mutatio recipiũt ſpẽm ex termino ad quẽ ñ ex termino ex aliquo.vt hȝ declarari.5.phicoꝝ. omnis T.cõ. ergo illa tranſmutatio per quã acquiritur foꝛma ſubalꝭ 4.⁊ ⁊ ens ſimplr gñatio ſimplr dȝ dici:eſſet igr̃ plrib⁹ mo- 48. dis gño ſimplr:ſi eẽt ex ente ſimplr ⁊ i ens ſimplr.dato tñ ꝙ remaneret q̃litas ſymbola ⁊ fieret trãſmutatio in foꝛmam ſubſtantialẽ ⁊ in ens ſimplr generatio ſimpliciter poſſet dici.

Dubitaret forte aliqs vlteri⁹ ſi remaneret q̃litas ſymbola cũ ex aere fit ignis Dubm vtrũ dici poſſet ꝙ ex toto aere fit totus ignis.Ad qȯ dici debet ꝙ ſicut remanet mã cũ ex aere fit ignis. ⁊ tñ ſb nõ obſtãte ex toto aere fit tot⁹ ignis:q2 nõ remanet mã vt eſt aeris coꝛrupti:ſed vt ē ignis generati.Jta ⁊ ſi aliqd aliud remaneret:q2 nõ remaneret vt eſt coꝛrupti: ſȝ vt eſt generati ex toto poſſet dici fieri totum.

SJ aũt vniuſcuiuſq3 alterꝝ coꝛrũpeꝛ facilis qdẽ.nõ adinuicẽ aũt trãſmutatio:ſȝ ex igne.qdẽ ⁊ aq̃ erit t̃ra ⁊ aer:⁊ ex aere ⁊ t̃ra ignis ⁊ aq̃. T.cõ. 27.

❡Jn pte iſta oſtendit phs q̃uo ex plurib⁹ talib⁹ coꝛpoꝛibus gñatur vnũ: ⁊ duo facꝛ:q2 ꝑ ꝑmittit qȯ itẽdit. ſcdo declarat ꝓpoſitũ ibi.(Qñ enĩ aque.)Dicit ergo ꝙ ſi accipianꝛ duo ela q̃ꝝ vniuſcuiuſq3 coꝛrũpaꝛ alterꝝ.i. altera qualitas.hmõi trãſmutatio erit facilis:ſȝ nõ erit adinuicẽ:q2 vnũ illoꝝ eloꝝ nõ ꝯuerteꝛ in aliud:ſȝ ex duobus ꝯſtitueꝛ 3m.vt ex igne ⁊ aq̃ poterit eẽ terra ⁊ aer. T.cõ. 27. ⁊ ex aere ⁊ terra.ignis ⁊ aq̃. ❡Nõdũ ãt ꝙ nũq̃ȝ ex Nõm duob⁹ elis põt fieri 3m.niſi illa duo hñt ꝯ̃rietatẽ adinuicẽ.ẜm vtrãq3 q̃litatẽ.Jõ ex igne ⁊ aqua põt gñari 3m. vt terra vel aer. ⁊ ex aere ⁊ terra.poterit ẽt gñari 3m:q2 talia opponũꝛ ẜȝ vtrãq3 q̃litatẽ.❡Deinde cum dicit.

❡Quãdo qdẽ enĩ aq̃ friditas coꝛrũpeꝛ ignis aũt ſiccitas aer erit:relinqꝛ.n.hui⁹ quidem calidũ huius aũt humidũ.Quãdo aũt ignis qdem calidũ aque autẽ humiduȝ terra erit:quia relinquitur huius quidem ſiccum:huius aũt frigidum.

❡Manifeſtat qȯ dixerat. ⁊ duo facit:q2 ꝑmo oñdit ex qbus duob⁹ ꝑt fieri 3m:ſcdo ex qb⁹ nõ põt.2ª ibi.(Jn his aũt que per ꝯuenientiã.) Circa ꝑmuȝ tria facit:q2 ꝑmo T.cõ. oſtẽdit ꝙ ex igne ⁊ aq̃ ꝑt fiëi 3m:vt terra ⁊ aer. ſcdo ꝙ 29. ex aere ⁊ terra põt ẽt fieri 3m.vt ignis vl aqua.3°.qȯ dixerat manifeſtat ꝑ qȯdã ſenſibile 3m.ſcda ibi.(Silr ãt ⁊ ex aere.) 3ª ibi.(Cõfeſſa aũt ⁊ ſenſui.) Dicit ergo qȯ T.cõ. qñ aque coꝛrũpiꝛ friditas ⁊ ignis ſiccitas.aer erit. re- 28. linqꝛ.n.calm huius.i.ignis: ⁊ humidũ h⁹.i.aque: ⁊ q2 aer eſt calidũ ⁊ hũidũ.ex talibus duob⁹ gñabiꝛ qȯdaȝ 3m.vt aer.põt ẽt ex igne ⁊ aqua generari aliȯ 3m. vt terra:q2 ſi coꝛrumpiꝛ calm ignis: ⁊ humidum aque.terra erit:quia ex tali coꝛruptione relinquitur ſiccum huius. i.ignis.frigidũ huius.ſ.aque:ſequitur ergo inde gñari terra que eſt frigida ⁊ ſicca.❡Deinde cum dicit..

Similr

¶ Siłr aūt ⁊ ex aere ⁊ terra ignis ⁊ aq̄: qn̄ eni aeris corrūpet cal'ʒ:terre āt ſiccū aq̄ erit.reliq̄t eni huius humiduʒ:huius aūt fridum:qn̄ aūt aeris hūidū:terre āt frm ignis:q̄ꝛ reliq̄t huius qdē calm huius aūt ſiccum que qdem erant ignis.

¶ Oſtēdit ꝙ ex aere ⁊ terra gn̄atur $3^m$.ſicut.n.ex aq̄ ⁊ igne:q̄ꝛ opponebant in vtriſqꝫ q̄litatib⁹:poterat ex eis generari dupl'r $3^m$.vt terra vel aer:ſiłr aūt ex aere ⁊ terra que opponunt in vtriſqꝫ qualitatibus poterit videri gn̄ari dupl'r $3^m$.vt ignis ⁊ aqua: q̄ꝛ qn̄ corrumpet cal'ʒ aeris: ⁊ ſiccū terre:aqua erit.relinquit enim humidum aeris ⁊ fridū terre:que ſunt q̄litates aque:ſed ſi corrūpetur aeris humidū ⁊ terre frm gn̄abitur inde aliō tertiū:vt ignis:q̄ꝛ reliquit calidū aeris ⁊ ſiccū tere.q̄ erāt qualitates ignis. ¶ Deinde cum dic̄.

T.cō. 28. ¶ Confeſſa aūt ad ſenſuʒ ignis gn̄atio: maxie eni ignis flāma:hec aūt eſt fum⁹ ardens:fum⁹autem ex aere ⁊ terra.

¶ Manifeſtat qō dixerat per ſenſibile $ex^m$. dicēs.ꝙ h⁹ gn̄atio ignis eſt ꝯfeſſa ⁊ manifeſta ſenſui. ⁊ maxie cuʒ generat ignis flāma.hec aūt flāma eſt fum⁹ ardēs.fumus aūt fit ex aere ⁊ terra. Vapores.n.terreſtres aut mixti aeri fumū efficiunt. ſi ḡ ex tali fumo gn̄at flāma. erit generatio eius ex aere ⁊ terra. ¶ Deīde cū dicit.

T.cō. 29. ¶ In his aūt q̄ ꝑ ꝯn̄tiā non ꝯtigit corrupto i vtroqꝫ alīo elemētoꝝ fieri trāſmutatōeʒ i vnū corpoꝝ:q̄ꝛ reliq̄t i ābob⁹ aut eadē:aut contraria. ex neutro āt ꝯtigit generari corpus.

¶ Oſtendit ex q̄bus duob⁹nō pōt gn̄ari tertiū. ⁊ tria facit:q̄ꝛ p̄mo p̄mittit qō intendit.2°declarat ꝓpo$^m$.3°pōit quādā ꝯcluſionē ſequētē ex dictis.ſcōa ibi.(Verbi grā ſi ignis.)3$^a$ibi.(Quapropter ſiłr.)Dicit ḡ ꝙ in his el'is que ſe hn̄t per ꝯn̄am nō ꝯuenit ex duobus talibus fieri trāſmutatonē in vnū corpoꝝ.i.in vnū corp⁹:q̄ꝛ nō conuenit ex eis generari $3^m$.corruptio in vtroqꝫ taliū alterο eloꝝ.i.altera p̄maꝝ qualitatū.q̄ꝛ reliquūt in ambobus talibus.vt eadē qualitatū.aut ꝯ̄ria:ex neutro autē mō ꝯtingit gn̄ari corpus el'are.el'm.n.nec ꝯſtat ex vna qualitate tm̄ nec ex qualitatib⁹ꝯ̄rijs. ¶ Nōndū āt qō appellat hec el'a ſe hr̄e per ꝯn̄aʒ que ſequunt: ⁊ ſe hn̄t imediate.vt terra ⁊ aqua:aqua ⁊ aer. ⁊ aer ⁊ ignis: ⁊ q̄ꝛ vltra ignē nō eſt el'm.oʒ ex igne redire ad terraʒ. ita ꝙ terra ⁊ ignis ſe hn̄t aliquo mō ꝯn̄r nō loco: ſʒ per replicationē ⁊ per quēdam circulū.In circulo eniʒ p̄mū ⁊ vlti$^m$ p̄n$^m$ ⁊ finis ꝯn̄r ſe hn̄t.talia āt el'a ſic ꝯn̄r ſe hn̄tia ſp̄ ꝯueniunt in altera q̄litate: ⁊ ex duobus eoꝝ non fit tertiū. ¶ Deinde cum dicit.

Nōn$^m$

¶ Verbi grā:ſi ignis qdē corrūpet ſiccū: aeris āt hūidū:cal'ʒ āt i ambob⁹ reliq̄t:ſi aūt ex vtroqꝫ cal'm reliquent ꝯtraria ſicū ⁊ humidū:ſiłr aūt ⁊ in alijs:i oib⁹ eni his que per ꝯn̄am exiſtūt.hoc qdē idē: hoc autem contrarium.

¶ Manifeſtat qō dixerat. Naʒ ex igne ⁊ aere q̄ ſe hn̄t ꝯn̄r nō gn̄at tertiū.ignis.n. ⁊ aer differūt in ſicco ⁊ humido ⁊ ꝯueniūt in calido.Q̄ ſi corrūperet ſiccū ignis ⁊ hūidū aeris.i.ſi corrūperet in eis qualitas ꝯ̄ria. non fit ex eis tertiū:q̄ꝛ relinquit in ambob⁹q̄litas vna ⁊ eadē.vt calidū.ex vna.n.q̄litate nō fit el'm.ſi vō ex vtroqꝫ corrūpat qualitas ſymbola.vt calidū.nō fiet idē tertiū q̄ꝛ relinq̄t q̄litas ꝯ̄ria.vt ſiccū ⁊ hūidū. ex q̄b⁹ cuʒ ſint ꝯtraria nō pōt ꝯſtare vnū ⁊ idē el'ʒ.Nullo ergo mō ex igne ⁊ aere fiet $3^m$.ſiue corrūpit in eis qualitas ſymbola.ſiue ꝯ̄ria: ⁊ qō dcm̄ eſt de igne ⁊ aere.ſiłr itelligēdū eſt ⁊ i alijs ſe hn̄tibus ꝯn̄r:q̄ꝛ i oib⁹his q̄ ſe hn̄t p ꝯn̄aʒ exiſtit h̄ qdē.i.hec q̄litas idē.i.eadē.hec āt ꝯ̄riū.oia.n. ſe hn̄tia ꝯn̄r differūt i vna qualitate ⁊ ꝯueniūt in alia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter ſimul manifeſtū qm̄ que ex vno in vnū trāſeūt vno corrupto generant:q̄ āt fieri ex duob⁹ i vnū ꝑlibus.

¶ Cōcludit quādā ꝯcluſionē ſequētē ex dictis.di. manifeſtū eē ꝙ qn̄ ex vno fit trāſmutatio in vnū. vt cū vnuʒ el'm gn̄at ex el'o:talia gn̄ant ⁊ trāſeunt vno corrupto.ex corruptiōe enim vni⁹q̄litatis poterit gn̄ari vnū el'm ex alio:ſed qn̄ ex duob⁹el'is fit vnū el'm.ſp̄ fit talis gn̄o plurib⁹qualitatibus corruptis. ¶ Nōndū aūt qō vnius el'i ex alio pōt eē in hn̄tib⁹ſymbolum. vt ex igne pōt gn̄ari aer. ⁊ q̄ꝛ q̄litas ſymbola manet.iō talis gn̄o eſſe pōt altera qualitate corrupta:ſed ex duob⁹ el'is nū q̄ fit circulū.niſi ꝯ̄riet ſibi in vtraqꝫ qualitate.iō ad talem generationem ſemp requiritur corruptio plurium qualitatum. ¶ Vltimo cum dicit. Nōndū

¶ Qm̄ qdē ḡ oia ex oi gn̄ant:⁊ q̄uo ex i uicem tranſmutatio generat dcm̄ eſt. T.c.30.

¶ Epilogat circa determinata. dicens.dictuʒ eſſe ꝙ ex oi el'o gn̄ant oia el'a. ⁊ dictū ē q̄uo eſt trāſmutatio el'o ex inuicem. ⁊ q̄uo gn̄antur ex inuicem.

S Ed tn̄ adhuc ⁊ ſic aſpiciem⁹ de eis:ſi eni ē nāliū cōpoꝝ mā vt vr̄ qbuſdā aq̄ ⁊ aer ⁊ q̄ talia:neceſſe aut vnū eſſe:aut duo hec:aut plura. T.c.31. Quintum caput.

¶ Poſtq̄ p̄hs ꝓbauit ignē ⁊ aquā ⁊ terrā trāſmutari adinuicē.In p̄te iſta ꝓbat oia talia corpa eē p̄$^a$corpora trāſmutata. ⁊ ſi ſunt p̄ma corpa talia ſūt el'a.erit ḡ el'orū gn̄o ⁊ corruptio ex quo taliū corpoꝝ ē gn̄o. ⁊ corruptio.Diuidit aūt hec ps in duas fm ꝙ dupl'r oñdit talia corpa p̄ma.ſcōa pars ibi. (Qm̄ aūt que trāſmutant.) Ad euidētiā p̄me ptis notādū ignē ⁊ aerē ⁊ talia corpora eē corpa p̄$^a$trāſmutata:q̄ꝛ nec reducunt in ſeipſa. nec in aliud corp⁹trāſmutabile.ſic̄.n.arguebat ſup.calidū ⁊ frʒ.hūidū ⁊ ſiccū eē q̄litates paſſiuas: q̄ꝛ nec reducebant in q̄litates actiuas:nec in ſeipſas.ſic ⁊ p̄dca corpa ſunt p̄$^a$:q̄ꝛ nec reducunt in corpa alia trāſmutata nec in ſeipſa.Diuidit aūt ps p̄ma in duas ptes: q̄ꝛ p̄ oſtēdit talia corpa nō poſſe reduci in ſeipſa.ſcōo oñdit h$^{oi}$ corpa nō eē reducibilia ſupple in aliqō aliō corp⁹.ſcōa ibi.(Neqꝫ tn̄ aliqd aliud.)Circa p̄mū duo facit: q̄ꝛ p̄ p̄mittit qō itēdit.ſcōo mãifeſtat ꝓpoſitū ibi.(Vnū qdem vtiqꝫ.)Cōtinuet āt ſic.oñſuʒ ē ignē aerē ⁊ terrā corpa eē trāſmutata adiuicē:ſʒ adhuc iſpicim⁹ō eiſ:ſi mã h$^{oi}$ nāliū corpoꝝ ſupple ē aliqō corp⁹:vt vr̄ qbuſdā. ꝙ ſit aq̄ aut aer: ⁊ q̄ ponunt eē talia q̄ ſūt aliqꝫ mã. vł erūt vnū vel duo vel plura. ¶ Nōndū āt oēs antiq̄s p̄hos poſuiſſe mãm eē aliqō corp⁹in actu: qō qdā dixerūt eē aerē.quidā vō aquā.qdā vō poſuerūt tale corp⁹ eē vnū qdā vō plura.ꝙ ſi vnū eſſet.nō eſſent quattuor prima corpora trāſmutatiua.ſi.n.oia eēnt ex aere. ignis ⁊ aq̄ nō eſſent p̄$^a$cōpa.velut ḡ p̄hs oñdere ꝙ ſi hmōi corpa reducūtur in aliqō vnū ex q̄ ſunt nō reducunt in aliqō T.c.35. T.c.32. Nōndū

coꝛp⁹ſenſibile:ſed in ipſam mãm. Jõ hec coꝛpoꝛa nõ ſt̃
p̃ma ſimpl'r:q꞉ ſunt cõpoſita ex mã ⁊ foꝛma. hñt ergo
aliqd p̃us ſe ex quo ſunt vt ipſam mãm:ſʒ nõ hñt aliqḋ
Nõndũ coꝛpus ſenſibile p̃us ſe ex quo ſint. pñt ğ dici pᵃ coꝛpa
ſenſibilia. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ hic loqmur de ſenſibili acci
piendũ eſt ſenſibile ꝑm ſenſum tactus: q꞉ tale ſenſibile
querimus. vt ſupꝛa dicebaẗ. Si. n. vellem⁹ accipere ſen-
ſibile vt ſe extendit ad oẽm ſenſum:hec coꝛpa nõ debe
rent dici p̃ma coꝛpoꝛa ſenſibilia. ſupceleſtia. n. ſunt p̃o-
ra eis que ſentiri pñt ſenſu viſus. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Unũ vtiqꝫ oĩa nõ eſt poſſibile. v̇. g. ae-
rem oĩa. aut aquã aut ignẽ:aut terraʒ. ſi
trãſmutatio eſt in ꝯtraria: ⁊ hoc trãſmu
tat ĩ ꝯtrariũ. ſi. n. erit aer ſiqdẽ ꝑmanet:
alteratio erit ⁊ non generatio.**

¶ Manifeſtat qḋ dixerat. circa qḋ duo facit. p̃mo facit
qḋ dcm̃ eſt. ſcḋo remouet quãdã cauillatiõeʒ ibi. (Sed
cũ neqꝫ ignis.) Circa p̃mũ duo facit ꝑm ꝙ dupl'r mani
feſtat intentũ. ſcḋa ibi. (Similiter aũt neqꝫ videẗ.) Dic̃
ergo ꝙ non eſt poſſibile oĩa talia coꝛpoꝛa eſſe vnũ. v̇bi
gratia: vt oĩa eſſe aerem aut aquã. aut ignẽ. aut terram
q꞉ trãſmutatio ẽ in ꝯ̃ria: ⁊ ſi eſt aer hoc coꝛpus ex quo
oĩa ſunt: aer ꝑmanet:ſed ꝑmanente aere vel permanen
te alio coꝛpoꝛe:qḋ põt eſſe mã alioꝝ: ⁊ facta trãſmuta
tione in contrarĳs qualitatibus alteratio erit: nõ gñõ:
Nõndũ põ ergo illa deſtruit gñonem ponẽs nãʒ eſſe aliquid in
actu. ¶ Notandũ aũt ꝙ ſubm̃ tranſmutationis oʒ ma
nere in tota tranſmutatione. ſicut ergo mã ſemꝑ manet
eadẽ ⁊ recipit foꝛmas ꝯ̃riaſ. ſic ſi ponereẗ aer vl' aliqḋ
aliud coꝛp⁹ eẽ talia ſubʒ ſꝑ maneret coꝛp⁹ actu ſenſatũ.
oĩs ğ talis trãſmutatio alteratio eſſet. ¶ Deiñ cuʒ dic̃.

**¶ Sil'r aũt neqꝫ ita vr̃ vt ⁊ aq̃ ſimul ſit ⁊
aer: ⁊ aut aliud qḋcũqꝫ: erit igiẗ aliq̃ con
trarietas ⁊ differentia cuius hẽbit aliqd
altera ꝑticula ignis. v̇. g. caliditatem.**

¶ Adducit ſcḋam rõnẽ. dicẽs. ꝙ nõ videẗ ꝙ idẽ coꝛp⁹
ſit ſimul aqua ⁊ aer. aut ꝙ ſit aer ⁊ qḋcũqꝫ aliḋ coꝛp⁹.
Q̄ꝛ aũt ſit icõueniẽs ponere idẽ coꝛp⁹ eſſe ſimul aquaʒ
vel aerem ⁊ aliud coꝛp⁹: vt aerẽ ⁊ ignẽ. pʒ q꞉ ẽ aliq̃ cõ-
trarietas ⁊ aliqua dr̃ia inter talia duo coꝛpa: cui⁹ ꝯ̃rie-
tatis alt'a hẽbit aliqd. i. erit in aliq̃ illoꝝ coꝛpoꝝ: ⁊ alia
ꝑticula erit ſupple erit in aliq̊. v̇bi gr̃a. ſi ignis hẽbit ꝯ̃-
rietatẽ caliditatẽ alia ꝑtic'a ꝯ̃rie atis vt friditatis erit
in aliquo coꝛpe. ſi igr̃ vnũ ⁊ idẽ erit plura coꝛpoꝛa ſil' i
Nõndũ eodẽ erũt ꝯ̃ria. qḋ ẽ icõueniens. ¶ Notãdũ aũt ꝙ po-
nẽtes aerẽ: vl' aliqḋ aliud coꝛpus eſſe mãm alioꝝ: ex q̊
alia fiunt. oʒ eos dicere vnũ ⁊ idẽ eẽ duo ſil': vt eẽ aereʒ
⁊ ignẽ. vl' aerẽ ⁊ aquã. ¶ Nã vt dcm̃ eſt ꝑm talẽ põnẽ
oʒ aerẽ manere in tota trãſmutatione. aer ğ manẽs aer
Nõndũ ſi ex eo fiat ignis. accipiet ignis foꝛmaʒ. ⁊ erit ſil' aer ⁊
ignis. ¶ Notandũ ğ ꝙ coꝛpus genitũ ⁊ coꝛp⁹ ex quo
gñaẗ hñt aliquã ꝯ̃rietatẽ adiuicẽ: q꞉ oĩs gñõ ẽ ex ꝯ̃rĳs
⁊ in ꝯ̃ria: ⁊ illius ꝯ̃rietatis vna ꝑticula erit in vno coꝛ
poꝛe ⁊ alia in alio. ſi ergo ex aere fit ignis aer ad igneʒ
ꝯ̃rietatẽ hẽbit. q̃re ſi aer manẽs ⁊ aer fiẽt ignis ⁊ ideʒ
eſſet aer ⁊ ignis. i eodẽ eſſet ꝯ̃rietas: qḋ eſt icõueniẽs.
¶ Deinde cum dicit.

**¶ Sed tamen neqꝫ ignis aer calidus: al
teratio enim tale ⁊ non videtur.**

¶ Remouet quãdam cauillationeʒ ⁊ duo facit: q꞉ p̃mo
facit qḋ dcm̃ eſt. ſcḋo q꞉ oſtenderat non eſſe aliqḋ el'm
ſenſibile ex quo ſũt oĩa talia coꝛpa ꝯcludit tale aliquid
in qḋ reſoluunẗ hmõi el'a eſſe non coꝛpus aliqḋ. ſʒ mãʒ
aliquã cõeʒ ibi. (Aliud aliquid igr̃.) Circa p̃mum duo
facit ꝑm ꝙ dupl'r remouet cauillationem illaʒ. ſcḋa ibi.
(Simil'r auteʒ rurſus.) Cauillaret foꝛte aliquis dicẽs.
hoc mõ ex aere eẽ oĩa alia: q꞉ aer infrigidatur ⁊ efficiẗ
aqua. calefit ⁊ efficitur ignis: ita ꝙ ignis nihil eſt aliud
q̃ʒ aer calidus. hoc remouẽs phs ait ꝙ ignis nõ ẽ aer
calidus: q꞉ talis alteratio eſſet. nõ vr̃ aũt ꝙ cũ fit ex ae
re ignis ꝙ ſit ibi alteratio ſolum. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Sil'r aũt rurſus ſi erit aer ex igne cal'o
ĩ ꝯtrariũ trãſmutatio erit exiſtet igr̃ aeri
hoc. ⁊ erit aer fr̃m aliqd. q̃ꝑꝑ ipol'e ignẽ
aerẽ calidũ eẽ. ſil'. n. idẽ calidũ ⁊ fr̃ʒ erit.**

¶ Adducit aliã rõeʒ. di. ꝙ ſic dicẽdo ſil' cũ h̃ icõuenien
ti. ꝙ gñõ erit alteratio ſeqẗ aliḋ icõueniẽs: q꞉ in eodem
erũt oppoſita: q꞉ ſi rurſus aer erit. i. fiet ex igne cal'o: q꞉
trãſmutatio eſt in ꝯ̃riũ. exiſtet igr̃ aeri h̃. ſ. oppoſitũ ca-
lidi: ⁊ erit aer aliqd fr̃m: dicẽ ğ aerẽ cal'm: cũ aer ſit qd
fr̃m: ẽ dicere frʒ cal'm: q̃re ipol'e ẽ ignẽ eẽ aerẽ calidũ:
q꞉ idẽ ſil' erit cal'm ⁊ fr̃m. ¶ Notãdũ aũt ꝙ phs h̃ nõ Nõuᵐ
curat de exẽplo. accipit enim cal'm ⁊ fr̃m ꝑ q̃libet ꝯ̃rie
tate: ⁊ cũ ait ignẽ eẽ cal'ʒ. aerẽ fr̃m: itẽdit ignẽ ad aerẽ
hr̃e aliquã oppõnẽ: cũ ignis fiat ex aere ⁊ gñõ fit ex op
poſitꝭ: qr̃ ſi aer manẽs aer fiet ignis i eodẽ erũt oppoᵗᵃ.

**Dubitaret** foꝛte aliqs non opoꝛtere ꝙ ſi aer Dubᵐ
eſt qd de ſe fr̃m: ⁊ ignis ẽ aer cali
dus. ꝙ ignis ſit calidus ⁊ fr̃us: ita ꝙ dicere aerẽ cal'm
nihil aliud ſit dicere q̃ʒ fr̃m cal'm. Uidem⁹. n. aquã eſſe
de ſe fr̃am: ⁊ tñ calefit: nec ꝑꝑ hoc i eodẽ ſunt ſil' oppo
ſita. ¶ Sciẽdũ igr̃ ꝙ ſi aer eẽt mã alioꝝ coꝛpoꝝ ⁊ re Rñſio
maneret in tota trãſmutatiõe. ita ꝙ manens aer fieret
ignis vl' aq̈. opoꝛteret dr̃e ꝙ aer trãſmutat⁹ a q̈litatib⁹
ſuis recipet q̈litates ignis cũ fieret ignis: ita ꝙ ſil' eſſet
ſicc⁹ ⁊ hũid⁹: ⁊ recipet q̈litates aq̃ cũ fiẽt. ita ꝙ ſil' eẽt
cal'us ⁊ fr̃us: h̃ ãt ſic pʒ. oñſum. n. fuit i dcl'atiõib⁹ p̃oꝛi
b⁹ cũ cirᵃ p̃nᵐ p̃mi li. diſputabaẗ ꝯ̃ Empe. ꝙ ſuo mõ ſic
loq̃ndũ ẽ de gñone ⁊ ḋ alteratõe ⁊ de trãſmutatõe ad
foꝛaʒ ſubalẽ: vt ḋ trãſmutatõe ad foꝛmã accñtalẽ. Dice
baẗ. n. ꝙ trãſmutatio ad foꝛaʒ accñtalẽ ẽ q̈ſi via ad trãſ
mutatõeʒ foꝛe ſubalis. Jõ ſi ẽ pol'is alteratio eſt pol'is
gñõ ⁊ eꝯ̊. ⁊ ſic̃ ẽ pol'is gñõ. ſic ſuo mõ ẽ pol'is alẗatio:
ſi ğ aer eẽt mã alioꝝ cõpoꝝ ⁊ manẽs aer efficiẗ ignis
tũc nõ obĳciẽdo vnã foꝛmã ſubalẽ vt foꝛmã aeris acci
peret aliã foꝛmã ſubalẽ vt ignis: ⁊ q̈ rõe erit ſil' ſub di-
uerſis foꝛis ſubalib⁹ erit ſil' ſb diuerſis accñtalib⁹ diſpo
nẽtib⁹ ad illas foꝛas. Jmmo ex q̊ ſuo mõ ſic loqmur de
trãſmutatiõe ad foꝛas accñtales. nõ ḋ trãſmutatiõe ad
ſubales: vt ꝑm põnẽ tactã. aer nõ abĳciẽs foꝛmã aeris
accipiat foꝛmã ignis ſeq̃ndo põnẽ illã dicem⁹ ꝙ ꝑi rõe
aer ñ abĳciẽs q̈litates aerꝫ ſuſcipiet q̈litateſ ignis: imo
ꝙ mã ñ ſolũ nõ coꝛrũpiẗ: ſʒ ẽt ipol'e ẽ vt coꝛrũpaẗ: ſʒ ſi
aer hr̃et rõeʒ mãe coꝛrũpi ñ poſſʒ: ⁊ q꞉ qḋ coꝛrũpi ñ oʒ
ꝑp̃as q̈litates amittere ñ p̃t. cũ ſꝑ paſſio magꝫ fcã abĳ
ciat a ſuba aer hẽbit ſil' oppoſitas q̈litates: ⁊ erũt i eo-
dẽ oppoſita: qḋ decl'are volebam⁹. ¶ Deide cuʒ dicit.

**¶ Aliud aliqd igr̃ p̃ter ambo idẽ erũt ⁊
aliq̃ alia mã cõis. eadẽ aũt rõ de oĩbus:
qm̃ nõ eſt vnum hoꝝ. ex quo omnia.**

¶ Cõcludit ꝙ oẽ illḋ ex q̊ ſunt oĩa el'a nõ ẽ coꝛp⁹ aliqḋ
ſenſibiᵉ: vt elʒ aliqḋ: ſʒ ẽ mã cõis. di. ꝙ erit aliq̃ alia mã
cõis: ⁊ ignis genit⁹ ⁊ aer ex quo gñaẗ erunt aliqd idẽ:
q꞉ hẽbit eandẽ mãm: q̃ mã erit aliqd aliud pꝛeter am-
bo: q꞉

bo.q: de ſe nō erit in actu aliquid illoꝝ.ſ; erit i potētia vtrūqꝫ. ⁊ ſubdit ꝙ eadē rō ē de ambobus aliis elīs q̄ eſt de igne ⁊ aere:qm̄ nō ē vnū el'; vel vnū ſēſibile corpus ex quo ſūt oīa alia el'a:ſ; ē vna mā cōis ex qua ſūt talia corpa. ¶ Deinde cum dicit.

T.cõ. 32. ¶ Neqꝫ tamē aliqd aliō pter hec velut mediū aliqd aeris ⁊ aq̄ ⁊ aeris ⁊ ignis il loꝝ āt groſſi⁹:hoꝝ aūt ſubtilius: erit.n. illud aer ⁊ ignis cum contrarietate.

¶ Quia pbauerat illud ex quo ſūt el'a ñ eē aliqō eloꝝ oñdit hic illō nō eſſe aliqō corp⁹ qō ē mediū. ⁊ duo facit:q: p̄ oñdit qō dictū ē.2° epilogat circa determinata ibi.(Neceſſe igit aut.) Circa p̄ᵐ tria facit.q: p̄ fac̄ qō dictū eſt.2° remouet quādā cauillationē.3° ꝯcludit ꝯnē intentā.2ᵃ ibi (S; puatio ꝯrioꝝ.)3ᵃ ibi.(Silr igit qō cūqꝫ). Continuetur ſic:illud ex quo ſūt el'a ē aliqō mediū cōe:ſ; hmōi mediū ē mā ⁊ nō ē mediū corp⁹:ꝙ ſit aliqd aliō preter el'a:nō ꝙ ſit mediū aq̄ ⁊ aeris:vl' aeris ⁊ ignis:ita ꝙ ſit illoꝝ aut groſſi⁹ hoꝝ aut ſubtili⁹: ponētes.n.tale corpus mediū īter ignē ⁊ aerē dicebāt illud eē igne groſſius:aere ſubtilius vel erat aere groſſius:⁊ aq̄ ſubtili⁹:ſi erat mediū inť aerē ⁊ aquā. Qō aūt tale corpus nō poſſit eſſe illud ex quo ſūt el'a:p; q: tale corpus cū ꝯrietate.i.nō admittēs ꝯrietatē ꝓpriā erit.i.fiet aer ⁊ ignis:qō ē icōueniēs. ¶ Notādū aūt ꝙ ſicut pbať:ꝙ aer nō amittens q̄litates ꝓprias ſuſcipiebat ꝯrietates ignis:⁊ fiebat ignis:ſic ſi tale corpus mediū ponif eſſe mā alioꝝ:q: mām op; manē ñ amittens formā ꝓpriā accipiet formas alioꝝ.ergo pari rōe nō amittēs qualitates ⁊ ꝯrietates ꝓprias accipiet q̄litates ⁊ ꝯrietates alioꝝ:⁊ in eodē erunt ꝯtraria qō eſt incōueniens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ S; puatio ꝯrarioꝝ alterū q̄ꝓpť ñ contingit illud ſolū eſſe vnq̄ vt qdam inquiunt infinitū comprehēdēs.

¶ Remouet quādā cauillationē:diceret forte aliqs h̄ corpus eſſe priuatū ꝯrietate.Jō ſuſcipit q̄litates ignis ⁊ ſit ignis ⁊ fiunt in eo ſolū q̄litates ignis:⁊ ñ alie:q: de ſe nullā ꝯrietatē h;:ſ; eſt priuatū ea. Contra h̄ arguēs phs ait:ꝙ puatio ē alterū ꝯrioꝝ.i.eſt annexa alteri ꝯrioꝝ:nūq̄.n. ꝓprie aliqd priuať vna forma:niſi q: iduiť forma ꝯria.q̄ꝓpť illō corpus ñ ꝯuenit nūq̄ eſſe ſolū.i.eſſe ſepatū a ꝯrietate.imo cū ponitur puatū vno ꝯrio ponif indutū alio:nō eſt ḡ vt qda; inquūt corpus aliqō mediū cōprehēdēs alia:vt ex eo alia oīa generentur ⁊ ſic infinitū.i.indeterminatū ⁊ ſeperatum a contrarietate. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similr igiť quodcūqꝫ hoꝝ:aut quidē nihil. Si igiť vtiqꝫ nullū ſenſibile pri⁹ his: hec vtiqꝫ erunt omnia.

¶ Concludit ꝯnē intētā dicēs.ꝙ quodcūqꝫ hoꝝ eloꝝ eſt ſilr ponēdū p̄nᵐ ⁊ el';:q: vnū ñ ē elm ⁊ p̄nᵐ reſpectu alterius.aut ḡ ſūt principia ⁊ el'a aut nō:imo ſi nullum corpus ſenſibile ē pri⁹ eis:oīa hec erūt vtiqꝫ.ſupple pncipia el'a:⁊ tūc cōpleať rō pri⁹facta.v;. q: gnāť ⁊ corrūpitur adinuice;.ignis.aqua.aer.⁊ terra.cū oīa talia ſint principia prima corpora ſenſibilia ⁊ el'a oiu; eloꝝ.erit gñō ⁊ corruptio adinuicem.

